

Richard. pa rum suorum in malo sequuntur, pena damnantur aeterna. Richardus Victorinus. Quos convenit, ait, intelligimus per filios, quam sequaces eius, qui doctrina, & exemplo matris in longinquum exercent turpitudinem paterna pravitate, qui & ipsi vere in mortem interficiuntur, quando aeterna damnatione puniuntur.

aiebus vita tua, inimicitias ponam inter te, & mulierem: ipsa conteret caput tuum. Genes. 3. Gen. 3. num 14 Curt am rigida sententia promulgatur in brutum animal iudicio ac ratione carens, potius in Dæmonem totius aalignatitatis auctorem fulminanda videbatur sententia, ut recte ponderavit Moyses Barcepha 1. p. de paradiso cap. 27. Cur angui, ait, male dixit Deus, qui nullum scelus parat; Satana vero flagitio reo, in aequo nihil mali imprecatus sit; neque vero libero utebatur arguis a bivrio, ut pisset se Satana per os serpenti non pressare. Deus pedibus, ac lingua multavit serpentem ut rigidissime Dæmonem referret. Serpens in dolis tendendis extitit instrumtu m aptissimum, & ad diffundendum peccati venenum, ad mulierem pedibus accersit, & linguam Dæmoni commodavit: hinc Deus ad acerbum Dæmoni supplicium inferendum, serpentem pedibus, ac lingua multavit, ut Diabolus apertis instrumentis ad suam malignitatem exercebam careat, & hoc illi gravissimus dolor; a quoque dictamine res sic disposita, nam levius cum Dæmone ageretur, si ipso percusso sceleris instrumentum illud relinqueretur: durius ergo cum illo actum est, quando dolosa lingua multatus, & apta preparatis dolis serpentina astutia interdicatur, tantoque delinquendi studio astant naligni ut opportuno instrumento se eis privari rigidum sit illis supplicium; indeque levius se puniuntur reputat Diabolus, si sententia contra illum esset prolata, quam dum contra serpentem suam alia instrumentum profertur. Sic pergit citatus Barcepha. Ad hoc dicitur detestatum esse arguere, ut hoc ipsum Satana molestem accideret, qui illo utebatur instrumento, veluti si quis musicum instrumentum confingat, quo tam, qui illo carebat, exercebat.

Juxta regionem Gerasenorum miserum hominem vexabat Dæmon, & cum homo esset vivus eum Diabolus in horrore sepius detinebat, concidens se lapidibus, & cum vidisset Jesum a longè ad pedes eius Dæmon devolutus clamavit: Adjuro te per Deum ne me torqueas. Marc. 5. n. 9. Et quodnam Dæmonis tormentum erat in hoc, explicat textus, & subdit: Dicebat enim illi, Exi spiritus immundus ab homine. Et quodnam in hoc erat Dæmoni cruciatus ipse enim non mittebatur in tartara; non detrudebatur in gehennales flammis, sed solum ab humano corpore depelcebatur: Cur ergo tam vehementer clamavit ad Christum ne eum torqueat? Sic Diabolus humani sanguinem hinc, sic hominum poenalibus precibus jucundatur, ut cruciandi hominem opportunitate carere summum suum reputet tormentum, suavior illi poena esset in tartareis, sulphureisque flammis aduri; quam ab homine depelli opportunitate, ac occasione missa ipsum cruciandi, ac torquendi. Chrysologus ferm. 17. Hic adoravit, ait, evadere cupiens poenam, pradam perdere peritescens. Preme verba: evadere cupiens poenam: ac durior inferno illi poena erat, ab hominis cruciati cessare.

QUESTIO LXII.

Quare in persona Christi dicitur peculiariter Ecclesis, quod ipse est scrutans corda, & renes?

Valdè mirum est, quod non dicitur, scient omnes; sed tantum dicitur, scient Ecclesis; nonne manifestum est omnibus, quod Deus est omnium agnitor, omniaque penetrans? Cur ergo non dicitur absolute, scient omnes, sed, scient Ecclesis; in quibus inhabitat Spiritus sanctus: quia quæ sunt Dei nemo novit, nisi Spiritus Dei, & cui datum est ab ipso Spiritu illa noscere, & intelligere. 1. Cor. 2. num. 2. num. 11.

Secundò, Richardus Victorinus sic ait, Potest quod dixit, scrutans corda & renes, referri non tantum ad malos, sed etiam ad bonos; ipse nimirum scrutatur bonorum renes, quia cori diligit castitatem, scrutatur & corda, quia & eorum amat mundam cognitionem. Similiter Ambrosius, Anbertus. Dicitur Deus scrutans corda, & renes; per renes intelliguntur opera corporalis luxuriæ quæ in renibus est; per corda verò interior cogitationes, ut dicitur in Evangelio, De corac exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, &c. quia solum non sufficit munditia in corpore, nisi & sit in corde, & utranque diligit, & querit Deus in homine.

Eccl. 24.

tinet illud Sapientis Ecclesiast. 24. num. 19. & 20. Cognovit Deus omnem scientiam, revelans vestigia occulorum: non preterit illam omnem cogitatus, & non abscondit se ab eo ullus sermo. Ecce obsecrissima rerum vestigia Deo sunt in promptu, & non solum loquutiones oris, sed etiam cogitationes cordis Deo manifeste patent.

Ap. 2. n. 24. Vobis autem dico, & ceteris qui Thyatirae estis, quicumque non habent doctrinam hanc, & qui non cognoverunt altitudines Satanæ, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus.

Num. 25. Tamen id quod habetis tenete, donec veniam.

VERSIONES.

Syrus n. 24. Vos autem, dico illis, qui Thyatiræ, sunt, omnibus illis, qui non habent doctrinam hanc, illis hominibus, qui non noverunt profunditates Satanæ.

Arias. Vobis autem dico ceteris, in Thyatiris, &c. qui non cognoverunt profunda Satanæ.

D. Amb. Altitudinem Satanæ.

D. Thom.

Arabicus: Dico cuilibet vestrum non habenti hanc doctrinam novam, quandoquidem ignoratis astus Satanæ.

Syrus n. 25. Verum quod habetis tenete donec veniam.

Arabicus. Tamen tenete id in quo estis, usque ad tempus quo sum venturus.

EXPOSITIO XIV.

486.

OBIS autem dico, & ceteris, qui Thyatira est s. Hic sermo solum ad vere bonos, ac fideles dirigitur: quicumque non habent doctrinam hanc: impiam, & perverfam Jesabelis, ceterorumque Nicolaitarum: Et qui non cognoverunt scientiam approbationis altitudines Satanæ, seu profunditates, ut alii vertunt. Utitur vocabulo ipso sectarum Jesabelis, qui doctrinam suam vulgariter extollunt, eam appellantes altissima, profundissima, sublimissima divina mysteria, ut ait Ribeira, ut hoc fisco heretici suas velarent errorum feditates, & Evangelicæ doctrinæ simplicitatem iriderent. Quemadmodum ipsi

Ribeira.

dicunt; qui suos errores, & falsitates dicunt, & appellant sublimitates, ac profunditates Satanæ, cum sint diabolica inventa, ac consilia ad hominum perditiones excogitata. Non mittam super vos aliud pondus, laborum, ac afflictionum, quam hoc, quod ab hereticis sustinetis, qui crudeli odio, ac infestatione vos persequuntur, ac aggravantur; vel non mittam super vos aliud pondus, quam hoc quod abstineatis à fornicatione, & ab idolotyis.

Tamen id quod habetis tenete, id est, meam fidem, meamque doctrinam à meis Apostolis traditam vobis; donec veniam, utique ad iudicium quo tempore vos remunerans, ab omni vos pondere eximam.

QUESTIO LXIII.

Quare cum Satanas demersus sit in profundo pelagi, quid per altitudines ejus hic intelligitur ab Evangelista?

Idcirco in textu; Qui non cognoverunt; id approbarunt 2. Timoth. 2. n. 19. Cognovit Dominus, qui sunt ejus. Utiq; approbando, Psal. 1. num. 6. Novit Dominus viam iustorum. Et passim in hoc sensu frequenter sumitur in Scriptura, & subditur, Altitudines Satanæ; quemadmodum dicunt. Quid per has altitudines Satanæ denotetur, inquirendum est, cum ipse Satanas sit totus demersus in inferno.

Et primò, Rupertus per altitudines Satanæ, intelligit superbiam ejus. Ita ait citat. Auctor. Altitudo Satana; quam nunc percussit, illa est superbia ejus, qua similis esse Altissimo contemdit exigendo sibi in idolis sacrificari, cum soli Altissimo debeat, ut sacrificetur ei. Ita Joachim, Ticonius, Beda, Primaf Richardus, Victorinus per altitudines, Satanæ, quem non cognoverunt, & approbarunt iusti, & boni, intelligunt superbiam ejus, qua Isai. 14. n. 14. dicit, In Cælum conscendam, super astra Cæli exaltabo solium meum; & maxime illud, similis ero Altissimo. Per altitudines Satanæ non solum intelligunt hanc suam superbiam antiquam, sed etiam eam qua in dies ipse contendit similitudinem cum Deo exigendo sibi honores, & sacrificia in idolis, in quibus tanquam Deus habeatur, & colatur.

Secundò, Gagnæus ait, quòd altitudo Satanæ sit immensum pelagus flagitiorum, ac leclerum, quia in his cum in profundum peccatorum venit, contemnit, & semper in profundius ruit. Tertio, Alti altitudines Satanæ accipiunt pro ipso Satanæ in profundum dejecto, & sic exponunt, qui non cognoverunt altitudines Satanæ; id est, non pegigerunt sedos cum inferno & non sunt confederati, cum Satana in inferno degenti. Quarto, Andr. Casar altitudines Satanæ, seu profunditates Satanæ interpretatur ipsas profundas fraudes, & abstrusos dolos, ac machinationes ejus quas iusti non cognoverunt, id est non approbarunt. Et cum multi legant altitudinem atanæ, nostra Vulgata legit altitudines. Respondent D. Thom. Primaf.

Prima. Multiplex est malitia diaboli in tentando.

Prima. quia non una est ejus altitudo, sed multiplex, non una ejus malitia, & astutia, sed plurimæ fraudes, utragemata, ac versutia in tentando opprimendo, ac nocendo hominibus: de quo late Cassian. collat. 7. c. 32. Ideo ipse vocatur Nocentaurus, Basiliscus, Leo, Draco, Ursus, &c.

492. D. Ambros.

Quintò, D. Ambros. per altitudines Satanæ intelligit legalia Judæorum observata simul cum Evangelio, & quod talis observatio profunde demergat in Judaismum, & observantes valde addicat Satanæ & quod de his hic sit sermo, colligitur ex sequentibus: Non mittam superbia aliud pondus; id est, non ultra onerabo vos legalium observant; exceptis paucis, quæ vobis mandarunt Apostoli mei, ut abstineatis vos à fornicatione & ab idolotyis.

493. Alcazar.

Sextò, Alcazar. In primo, ait, Qui non habent doctrinam hanc, denotantur prudentes, qui se cautos reddiderunt, ut fugerent à doctrina Jezabelis. In secundo, Qui non cognoverunt altitudines Satanæ, denotantur imprudentes à Jezabele, id est, à Judaizantibus decepti, qui redarguti se excusant, quòd non cognoverunt, seu non intellexerunt altitudines, id est, fraudes, dolos, machinationes Satanæ valde profundas.

494. Lyran.

Septimò, Lyran. Non cognoverunt altitudines Satanæ, id est, non approbarunt hæresim Ebionis, & Cerinthi, qui superbe, ac in altum fatuè se erigentes resistunt Christo D. ejus divinitatem, ac æternitatem negantes.

495. Ribeira. Sà.

499. Menoch. Tyrin.

Octavò, Appositè, ac genuine dicendum est cum Ribeira, Sà Cornelio, Menochio, Tyrino, quòd hæc verba, Qui non cognoverunt altitudines Satanæ, quemadmodum dicunt; aperte referuntur ad verba Hereticorum, ut patet ex illis, quemadmodum dicunt, Iqui doctrinam suam, cum esset Satanæ, sic eam extollebant, ac magnificabant, ut dicerent altissimam, profundissimam ac subtilissimam, & nulli alteri, nisi tantum sibi, suisque discipulis notam, ac comprehensibilem, ut dixi in expositione, & in hoc sensu explicat D. Greg. lib. 5. moral. c. 18. illud Epiphani. A me dictum est verbum absconditum. Job. 4. n. 12. Huc spectat id, quòd de heretico Hermogene dicebat Tertul. lib. adversus eum, Natura quoque hereticus, ait, etiam turbulentus, qui loquacitatem, facundiam existimet, & impudentiam, constantiam deputet, & maledicere singulis officium bonæ conscientie judicet. Expende illud, Natura quoque hereticus. Heretici hominis character est loquacitatem suam mirificè sc̄ctare, ac extollere, & sublimitatem dicere.

D. Greg.

Job. 4.

Heretici hominis character est loquacitatem suam mirificè sc̄ctare, ac extollere, & sublimitatem dicere.

496.

Nota, quòd heretici suos errores, ac machinationes dicunt altitudinem Satanæ; & quomodo altitudo Satanæ dici potest, qui in profundum decessit. Rectè respondet Rupertus, Cum dixisset altitudinem Satanæ, rectè addidit, quemadmodum dicunt; ac si diceret, non dico altitudinem Satanæ, quemadmodum est, sed quemadmodum stulti admiratores dicunt. Ecce quædam imago temporalium rerum mundani, res hujus mundi altitudines dicunt; & maxime toto Cælo aberrant, ac decipiuntur; nulla enim in eis est sublimitas, altitudo, sed solum fictitia, imaginaria, & apparens; qua aberrant & decipiuntur.

bert. ita non a, sed ita.

491. Andr. Gaf.

D. Thom.

Primaf.

tur fideles, quod iniquas falsi Prophetæ voces devitaverint, pro quo optime dicuntur non cognovisse altitudinem Satanæ, quasi illud sit hereticorum ingenium, quòd non inter medium montium eant, sed sese altitudini Satanæ conformant; & quænam est hæc altitudo Satanæ, explicat D. I hom. 3. contra gentes, c. 109. De Thom. Voluit Satanas, ait, quodammodo non subjici, & voluntatem suam à superiori non regulari. Quod etiam docet D. Aug. in Psal. 70. D. Greg. lib. 34. D. August. moral. c. 3. D. Anselm. de casu diaboli, c. 4. Qui omnes existimant eò devenisse dæmonum amentiam, ut nullum vellent sibi recognoscere caput, sed omnia proprio suo cerebro gubernare: Hæc universa apostasia mens; hunc furentium hereticorum fluctus confluunt, ne se subdant Petri navi, ne caput agnoscant, sed juxta Satanæ altitudinem sese extollant super navim super Ecclesiæ caput.

Rectè isti heretici vocantur à Juda Thadæo in sua Canonica n. 13. Fluctus feris maris despu-mantes suas confusiones; quæ verba dupliciter, & maxime in rem nostram explicantur à Beda. Et primò, quia heretici instar fluctuum inquieti, tenebrofi, amari, & timidi sunt, ac per superbiam attolluntur: ut Cælum sua maledicentia, & blasphemia attingant juxta illud Isai. 57. n. 20. Impii quasi mare fervens, quòd quiescere non potest. Secundò explicat ipse Beda, quia heretici sicut fluctus, licet tumentes & altissimi, litus & saxa verberantes ab iis repulsi dissiliunt, abeuntque in spumas, & evanescent; sic & impetus, falsus, ac furor hereticorum verberantes Ecclesiam in se ipsos dissiliunt, & evanescent, ac dissolvuntur.

Ait David Psal. 96. n. 1. Latentur insula multa. Et Isaias c. 41. n. 1. Taceant, inquit, ad me insulae communiter Patres, & Interpretes citandi in utroque loco nomine insularum, vel universalem, vel privatas Ecclesias intelligunt. Et quæ similitudo est inter Ecclesiam, & insulas? Magna sanè; quia insulae circumdatæ sunt mari, & licet, ejus fluctus in altum se erigant, & ab eis insulae quatiantur, minime tamen evertuntur; sed potius ipsi fluctus pereunt, Ecclesia impugnata hereticorum impugnationibus, sed non expugnatur. Ita D. August. in citatum Psal. Omnes Ecclesia insulae, ait, quia circumstantur fluctibus omnium temptationum, sed quomodo insula undique circumstrepentibus fluctibus undis potest, frangi non potest: magisque ipsa frangit fluctus vehementes, quam frangunt ab eis, sic & Ecclesia Dei pullulantes per totum orbem terrarum passa sunt persecutiones undique frementium infidelium: & ecce stant insulae, & jam placatum est mare. Eodem modo interpretantur D. Hieronym. Nost. D. Cyrillus, Theodor. Procop. & alii.

498. Jud. Thad.

498. Beda.

Isai. 57. Heretici dum contra Ecclesiam insurgunt, in semetipsis dissolvuntur.

499. Psal. 96. Isai. 41.

Ecclesia in fluctibus omnium temptationum non fluctuat. D. August.

D. Hieron. D. Cyrill. Theod. Procop.